

Tacti enim pure corporali quando
 man? xpi eius carne tetigit et mu-
 dauit. Tactu etiam pure spiritali
 quando deus salubre propositum
 sibi infudit: et sanitatem corporis et
 anime impetrauit. **¶** Tertio ex
 parte medici et infirmi debet esse
 tanta prouisio ne in reciduum pati-
 labatur. Et ad hoc tria sunt neces-
 saria. Vna est humane laudis vi-
 tatio. Vnde dicit. Vide ut nemini
 dixeris. Aliud est pura confessio.
 Vnde dicit. Vate et ostende te sa-
 cerdoti. Tertium est elemosinarum
 largitio. Ideo subiungit. Et offer-
 munus. Siquidem contemptus
 humane laudis animam seruat in
 merito. **Matth. v.** Pater tuus qui
 videt in abscondito reddet tibi. Co-
 fessio animam custodit a dyabo-
 lo. **Ps.** Ne tradas testibus animas
 confidentes tibi etc. Elemosina gra-
 tiam conseruat in corde puro. **Eccl.**
xxix. Elemosina viri quasi sacculus
 cum ipso et gratiam hominis qua
 si pupillam conseruabit.

Sequitur sermo tertius eiusdem.

Ver me? iacet in domo
 paralyticus etc. vbi super.
 Sicut per leprosum ita per
 paralyticum peccator designatur.
 Circa autem curationem istius para-
 lytici notantur tria. Nam ex parte
 infirmi notatur magna miseria.
 Ex parte mediatoris magna ora-
 tionis instantia. Et ex parte medi-

ci magna curacionis potentia. Pri-
 mo igitur ex parte infirmi notatur
 magna miseria. quia erat paraly-
 cus. Et autem paralyticus dissolutio
 membro et prius ipsa membra.
 Aliquando quantum ad motum tan-
 tum. Aliquando quantum ad sensum
 tantum. Aliquando utrunque simul. Et
 ideo per paralyticum recte peccator
 signatur. Sunt enim qui dantur pali-
 tici quantum ad sensum tantum: non
 quantum ad motum: sicut heretici qui
 de deo recte non sentiunt per fidem ve-
 ram: mouentur ad aliquam opera-
 tionem simulatam: de quibus dicitur
Rom. i. Tradidit illos deus in re-
 probum sensum. **Sapient. xliij.** Vani
 sunt omnes homines in quibus non
 est scientia dei. Sunt aliqui paraly-
 tici quantum ad motum: licet non
 quantum ad sensum sicut mali christiani
 qui de deo recte sentiunt: sed non
 mouent se ad opera bona. Tales
 sunt similes simulachris que pedes
 habent et non ambulant. **Psalm.**
xcviii. Querit quomodo
 statua signatur que non moueat.
 Alii sunt paralytici quantum ad
 utrumque sicut quantum ad motum
 et sensum. sicut qui nec fidem ha-
 bent nec opera. **¶** Hi sunt quasi ar-
 bores autumnales bis mortue et
 dicitur Iude primo. Tunc igitur
 paralyticus recte sanatur quando
 sensus membrorum restituitur.
Motus ordinatus redditur et etiam
in sanitate perfecta conseruatur.
 Sic et peccator qui est paralyticus